

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Die Handschriften der Badischen Landesbibliothek in Karlsruhe

Die Reichenauer Handschriften - Zeugnisse zur Bibliotheksgeschichte

**Preisendanz, Karl
Wiesbaden, 1917**

VII. Joh. Egon 'De viris illustribus Augiae' II. Buch

[urn:nbn:de:bsz:31-51409](#)

VII. JOHANNES EGON: DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

Auszug aus Buch II.

Die maßgebende Handschrift für Egons Traktat liegt im Gen. Land. Arch. Karlsruhe als cod. 1100: *Collectanea Augiensia variorum scriptorum ad res gestas monasterii Augiae divitis in lacu Bodamico illustrandas* vol. III fol. 97—197. Papierhs. in 4^o. Auf fol. 97 hat eine spätere Hand¹⁾ den Titel geschrieben: *De viris illustribus Monasterij Divit-Augiensis*; dazu der Vermerk von wieder anderer Hand: *Autographum R. P. Egonis.²⁾* Fol. 98v—101v unbeschrieben. Zahlreiche Nachträge und Korrekturen von Egons Hand im Text und auf den freigelassenen Kolumnen. Zwischen fol. 160v und 162r — spät foliiert — fehlt eine Lage von sechs Blättern; der Anfang des dritten Teils der Schrift bis zu den ersten Worten fol. 161: ‘abbatem et episcopum Joannem’, Kap. 1—7. Die Abschrift des Markus Grießer enthält den fehlenden Text in cod. Gen. Land. Arch. 1098 f. 1—60. Diese Kopie verdient den Vorzug vor anderen, über die vor der Ausgabe des ganzen Traktats zu reden sein wird. Von Fehlern durchsetzt ist der Druck von Bernh. Pez im ersten Band des *Thesaurus anecdotorum novissimus* III 630ff. (1721). Auf sie einzugehen verzichtet die folgende verkürzte Ausgabe des zweiten Teils der Egonschen Schrift. Da es nur darauf ankam, Egons Nachrichten über die wissenschaftlich bedeutenden Männer der Reichenau in zuverlässiger Kollation wiederzugeben, blieben sowohl Egons zahlreiche und umfängliche Abschweifungen, die lediglich ins Gebiet der literarischen Polemik gehören, als die Noten eines vollständigen kritischen Apparats weg. Gestrichene Stellen werden durch Punkte gekennzeichnet. Verwendet wurde unten Egons ‘Syllabus scriptorum mona-

1) Die gleiche Hand schrieb ‘Manus R. P. Egonis’ unter den Titel ‘Syllabus scriptorum Mon. Aug.’ derselben Hs. (s. oben). Egons Schrift zeigt sich auch auf fol. 39—43: *Catalogus Episcoporum ex Augensi Monasterio ad diversas sedes assumptorum*. Stahel bemerkte in den *Lapides residui* f. 142 zum Jahr 1630: ‘Hoc item anno P. Io. Ego seu Egonius et Monachus Prior Augiensis conscripsit Tractatum de viris illustribus...’

2) Die gleiche Hand schrieb das Apographon Gen. Land. Arch. 1098.

sterij Augiensis', Gen. Land. Arch. 1100 f. 25—28, den Egon an Buce-

linus sandte (nach Vermerk auf fol. 26r).

Januarius Stahel widmet Egon in seinen Lapidés residui f. 101 diesen Nachruf: 'Dignissimus sane prior, quippe cui disciplina regularis, cultus Dei, Deiparae et sanctorum unice cordi erat, qui erat historicus testimentiis eruditorum accuratissimus, ut patet ex tractatu de viris illustribus Augiae et variis aliis scriptis: suada et affabilitate in conversatione cum cujusque conditionis personis erat admirabilis: in gratia magna apud ill. principem licentiam obtinuit in bonum conventus nostri ceu expertissimus oeconomus, coemendi bona propria.'

Libri de Viris illustribus Monasterij Augiae Maioris Pars II. 109r
De doctoribus et scriptoribus.

Latior paulatim scribendi campus, dum de Augiensis asceterij doctoribus dicturi sumus, aperietur. enim vero etsi rem omnem compendio, ut supra factum uides, absoluere cogitauerimus, controversiae tamen plures, quae non uocatae ultiro se ingerent, partem hanc prolixorem et ideo etiam perplexiore reddent. nam non uane praesentimus fore, ut dubia occurant multa et uaria, quae quia cum illis quasi de via digladiandum erit, properantem scriptoris calamum sint remoratura et alio, quo non uolet, retractura. cum enim nonnulla Augiae decora alij, ad quos non spectant, sibi conentur arrogare et plumis non suis se uestire et ornare studeant, silendum ultra non sumus rati, ne, si talibus mature congruis argumentis non resistimus, usucapione quadam, quos iniuste nobis abripuerem, se licite retinere sibi persuadeant. atenim pugnabimus amice scribemusque sine felle et odio; quia scimus eos, quibuscum nobis concertandum erit, hos non ex malevolentia nobis | subtrahere 109v neque ullo modo Augiensium antiquae gloriae derogare uelle, sed aliquando potius, plus aequo, amore suorummet monasteriorum captos sibi aliquid indulsisse et inde gloriam suam prae caeteris promouere uoluisse.

Porro nos in hac secunda libri nostri parte triplicis generis doctores afferemus, nullo tamen alio seruato ordine quam aetatis et temporis, quo quilibet uixit. primi proinde generis doctores erunt, qui praestanter quidem et summa cum laude Augiensem scholam moderati sunt et non tantum septem artes liberales diligenter auditorum auribus instellarunt, sed etiam sacram scripturam subtiliter magna Augiensis schoolae cum gloria et singulari discipulorum suorum profectu interpretati sunt. Tamen, quod docuere, literis uel non mandarunt vel, si manda- runt, dolemus interijsse et nobis non relictum esse.

Alterius dein generis doctores erunt, qui cum aliqua scripserint, quae adhuc extant, nomen tamen suum suppressere, quod humiles maluerint latere quam uani nominis umbram aucupari. hos tales, quia sine nomine sunt, Anonymos appellabimus.

Tertij denique generis doctores erunt, qui non modo Augiense ⁵ lycaeum splendore scientiarum suarum clarissime illustrarunt, sed praeterea etiam libros multos aeterna memoria dignos elucubrarunt et ad ^{110r} posteros miserunt; quibus sibi Augiensique monasterio immortale et nulla temporum iniuria deleibile nomen pepererunt. horum nomina, cum in promptu sint, suo loco adscribemus et porro ab interitu vindicabimus. . .

Caput I.

110v

De Ermanfredo abate et episcopo.

Quod in rebus naturalibus plerumque accidere solet, ut principio quidem praequam tenues, infirmae rudesque sint, sensim uero florescant ¹⁵ et ad magnam pulchritudinem firmitatemque excrescant, id reuera etiam Augensi scholae contigisse nemo est, qui ipsus hoc diuinare non possit. unde cum anno ab orbe redempto 724. Augiense monasterium sit a S. Pirminio conditum, nemo mirabitur, si prima fere annorum centuria summum mox studiorum fastigium schola Augiensis non transcendit; ²⁰ quin potius mirandum, quod etiam illo tempore, nempe statim ab exordio suae fundationis Augia semper doctorum uirorum magna copia fuerit praedita. si enim diligentius examinare uelimus, qua de causa tot a condito mox monasterio ad uarias cathedras et pontificias sedes sint euecti, aliam certe non reperiemus, quam quod p[re]a alijs monachi ²⁵ Augiae essent in sacra pagina et monumentis sanctorum et ueterum patrum uersati ac exercitati. e quorum numero certe est Ermanfredus, quem Hermannus Erenfredu[m] uocat, uir imprimis studiosus et eruditus Augiensisque coenobij singulare decus. magistro usus est Ethone ab ^{111r} bate, facto dein Basileensi episcopo, aliisque monachis praestantissimis ³⁰ scientissimisque. quare diu non est permissus in Augia delitescere, sed super candelabrum ecclesiae Constantiensis anno 736 a Carolo Martello positus est, ut lueret omnibus. traditur a Iacobo Manlio, annalium episcoporum Constantiensium auctore, scripsisse chronicon monasterij S. Blasij, quod uerumne sit, mihi non omnino constat. ego enim, p[re]terquam quod chronicon illud nunquam uiderim, existimau[er]i etiam aliquando nondum illo tempore S. Blasii monasterium extitisse et inde

28 'Ernfredus monachus Augiae abbas... factus' Chron. zum Jahr 736.

Ermanfredo nihil, quod de illo scriberet, occurrere potuisse. . . Ermanfredus recte petuit res ab Eremitis per annos plus quam 300 ad sua usque tempora peractas literis consignare.

Sed quidquid de hoc sit, scripseritne Ermanfredus chronicon istud necone, nos parum solicii sumus. hoc saltem constat fuisse eum uirum 5 egregie doctum et pium, ut qui decem annis abbatiam Augiensem cum dicto episcopatu praecipue laudabiliter gubernarit. uita hac labili relictu ad superos transiit anno post natum Christum 746. magno sui apud discipulos desiderio relicto. diem obitus et sepulturae locum nuspia reperio. 10

Caput II.

111v

De Ioanne abate et episcopo.

Ermanfredo ad altiora euecto Augiense magisterium arripuit discipulus eius Ioannes, cuius etsi genus parentesque me lateant, dubitari tamen non debet illum ex illustriori eius temporis styrpe prognatum, 15 siquidem non tantum ob eximiam ingenij sui dexteritatem uitaeque innocentiam, sed etiam ob sanguinis nobilitatem in primis carus fuit Carolo Magno imperatori, ut ipsemet testatur in quibusdam literis Andegario, primo Campidonensi abbati, datis . . . cum ergo Ioannes in tanto pretio apud Carolum esset, utrique monasterio praeclarissima pri- 20 uilegia impetravit et ab episcopatu Constantiensi, quem aequae laudabiliter rexit, eximi fecit. obiit feliciter in domino multos discipulos insigniter instructos in Augia relinquens; ibi denique in sacello S. Chiliani sepultus anno 751. 9. Februarij.

Caput III.

112r

De Waldone abate.

26

Inter clariora Augiensis scholae sidera Waldo monachus primum, dein abbas doctrinae suae radios longe lateque sparsit; qui licet nobilissimo stemmate esset procreatus, in Augia tamen monachum induit et literis sacris tam sedulam nauauit operam, ut propter earundem insig- 30 nem peritiam ad annum Christi 786 abbas renunciaretur et Carolo Magno imperatori fieret a confessionibus et intimis consiliis. unde factum, ut illo Carolus in rebus apprime arduis uteretur et nomine etiam suo, adjuncto ei Hunfrido, Rhetiae comite, ad Azan, Hierosolymorum regulum, qui Carolum inuisurus in Corsica aegrotus detinebatur, mitte- 35 ret et Ticinensem siue Papiensem episcopatum in Italia et non multo post etiam Basileensem in Germania eidem gubernandum traderet, quos

tamen episcopatus Waldo noster quietis monasticae cupidus non passus est diu humeros suos premere. sed licet utriusque strenue et magna cum laude | praefuisset, ijs se abdicavit et Augiense sceptrum quieti magis ^{112 v} idoneum repetit. non tamen passus est Carolus in Augia illum delitescere et a se prorsus auelli, quin potius illi regalem S. Dionysii Parisiensis abbatiam regendam commisit, quod Waldone nemo aptior cordatiorque ad refractarios inibi monachos coercendos regulaeque subiugandos reperiretur. quo in loco mirum est, quantam breui disciplinam introduxerit, quam religiosos mores exemplo suo irreligiosos docuerit, quanta sacrae doctrinae scientia ignaros imbuerit et quantam denique concordiam et animorum unionem inter discordantes plantauerit. cum itaque Waldo tam esset sacrarum literarum gnarus, facile angurari licebit, quanto fructu per uiginti annos Augiae etiam praefuerit et quam magnam rerum omnium scientiam Augienses monachi sub eius regimine adepti fuerint, cum plurimi a Carolo Magno uariis ^{113 r} dioecesibus et monasteriis praeficerentur. sub hoc etiam abate plures in Augia eruditissimi uiri suscepti et monastico habitu induiti sunt; libri etiam plurimi scripti et aliunde comparati | sunt; ita ut Augienses ^{113 v} monachi non tantum per omnem Germaniam, sed et apud exterias etiam nationes celeberrimum sibi nomen parerent et ubique in honore essent. ²⁰ Waldo ergo licet nihil legatur literis mandasse, a doctoribus tamen doctor excludi non debuit, cum praesertim nimio pere scholam Augiensem ornarit et ad satis altum doctrinae fastigium illam extulerit. hominem etenim illum doctissimum sapientissimumque fuisse nemo inficias ibit, qui Caroli Magni acta gestae nouerit. nam uerosimillimum est ²⁵ Carolum eundem in omni doctrinarum genere uersatissimum et tam multorum regnorum regem maximum non elegisse sibi pro confessario et intimo consiliario hominem uulgari tantum scientia imbutum, sed sui saeculi peritissimum et ad omnia negotia peragenda expeditissimum, qualis Waldo noster fuit. . . .

Relicta Augia ad S. Dionysij monasterium transpositus est anno 806.
obijt ibidem sepultus anno 814, 4. Calend. Aprilis.

Caput IV.

De Edelfrido monacho.

Edelfridum primae nobilitatis uirum e Saxonia oriundum monachum in Augia factum annales nostri memorant. is cum praeter ceteras animi dotes singulari etiam eruditione nobilitaretur, libris aliquot Saxonico sermone a se conscriptis famam ad posteros nomenque celebre

misit. quales tamen ij libri fuerint qualesque materias tractarint, praedicti annales non aperiunt. alioqui constat fuisse uirum probum et sanctum, ut qui se totum Deo consecrarit et quod reliquum habebat temporis, legendo, meditando et uarijs ejusdemodi spiritualibus exercitijs incumbendo traduxerit. floruit sub Petro et Waldone abbatibus circa 5 annum domini 790.

Caput V.

113 v

De Heitone abate et episcopo.

Heito . . . primus occurrit, qui ex monachis Augiensibus aliqua, quae adhuc extent, literis mandauit. uir fuit ingenio acerrimus, eloquio 10 facundissimus, prosapia nobilissimus, statura procerus, facie decorus, ad magna peragenda exercitatus et, quod caput est, omni doctrina excultus et religiosis moribus apprime ornatus. hic talis sub Ioannis et Waldonis abbatum magisterio tantos in literis et moribus progressus fecit, ut non tantum publice in Augia sacras literas profiteretur pauloque 15 post Waldone transposito abbas fieret, sed etiam a Carolo Magno Basileensi cathedrae praeficeretur et Constantinopolim ad orientis imperatorem graibus de causis mitteretur inque Caroli delitijs ob insignes animi dotes haberetur. scholam Augiensem ad altissimum artium scientiarumque omnium culmen promouit, ita ut undique magnorum pro- 20 cerum, ducum uidelicet et comitum, filij in Augiam conuolarint literis et bonis moribus initiandi, ut deinde ad episcopatus et ducatus gubernandos idonei fierent. | discipulos in Augia habuit multos insigniter 114 r eruditos, quorum nonnulli nominatissimi facti sunt magistri, quos inter excelluere Erlebaldus postea abbas, Wettinus monachus, Tatto et Regin- 25 bertus monachi, quos etiam seorsim laudabo. scripsit Heito et ad posteros misit

Visionum Wettini monachi lib. 1.

Legationis suae Constantinopolitanae Odoeporicon.

Ordinationum quarundam in sua Basileensi dioecesi seruandarum lib. 1. 30 Primus et ultimus liber extat; Odoeporicon autem uix reperiendum aliqui existimo, cum etiam apud nos non inueniatur.

Memoranda alia, quae Heito noster tam in Basileensi dioecesi, quam in Augia nostra et aula Caesaris gessit, in annalibus Augiensibus copio-

28 Aug. CXI f. 92—97 ed. Duemmler MG Poet. II 268—275 29 *Syllabus*
Nr. 1: Itinerarij sui lib. unum. Utrum alicubi extet, ignoro. ego nondum vidi.

30 *Syllabus*: Statutorum a suis dioecesanis servandorum lib. 1. extat MS apud nos. Vgl. S. Gall. 446, 205—213.

sissime perscribemus dabimusque operam, ut insignis uiri acta hactenus obliterata non omnino deleantur, sed ab interitu . . . vindicentur.

Obijt bonus pater et animam redemptori suo reddidit anno Christi 836 · 17 · Martij.

Caput VI.

114 v

De Erlebaldo abate.

3

Heitonii abbatiale culmen ascendi in scholae praefectura nepos eius Erlebaldus sanguine et doctrina aequi illustris successit. magistro in Augia adolescens septendecim annorum usus est Heitone, ut Walafridus Strabus testatur in Visionibus Wettini; sic enim de eodem canit:¹⁰

'est formosa tribus, quae legum docta per aures
promeruit primo populi sedisse senatu
iudicioque bonas iusto discernere leges:
illius e medio surgit generamine proles.
dicitur Erbaldus uerso sermone 'uir audax'.¹⁵
post septem denosque petit uenerabilis annos
insulanense solum, sociatur fratribus illis
atque magisterio Heitonis traditur almi.
quo monstrante sacri non parua ex parte libellis
imbuitur' etc.²⁰

Verum cum Heito praestantius caeteris ingenium Erlebaldo inesse animaduenteret, misit illum cum Wettino, monacho aequi ingenioso, ad quendam religiosum magistrum ex Scotia oriundum, quod praedicto loco Walafridus affirmat:

mittitur ad quendam socio comitatus ab inde,²⁵
cuius multa uiret sapientia dogmate, Scottum.

quis uero fuerit monachus iste Scotus, ad quem Erlebaldus fuerit missus, non ausim affirmare. uidetur tamen fuisse Albinus Flaccus siue Alcuinus aut certe unus ex collegis eius, Claudio nimirum, aut Ioannes Scotus. nam sub idem tempus Alcuinus a Carolo Magno euocatus in Gallia scholas aperiebat artesque septem liberales cum saeculis literis publice magna cum laude nec minori discipulorum, praesertim monachorum, concursu docebat. discipuli inter alios eius fuere. . . . Amalarius Treuirensis, Rabanus Maurus Fuldensis, Haymo episcopus, Usuardus

11 Visio ed. E. Duemmler MG Poet. II 301 ff. 107 — 116 famosa codd. Eg (spätere Hand) am Rand: impressa habent 'famosa' 'artes' — artes -em codd.

15 uir audax: hēr-bald Dūmmler — 17 salum codd. bei Eg deutlich solum.

25—26 Visio 123. 124 26 Scottum: 'An Clementem Scottum?' Mabillon bei Duemmler

abbas multique alij doctissimi uiri, quibus Erlebaldus noster atque Wettinus accenseri jure possunt, cum sint alijs synchroni. locum uero certum annotare, ubi Alcuinus docuerit, cum dubius sit, meae non est professionis. Trithemius uarijs in locis scribit illum Fuldae docuisse, quod num uerum sit, ego non examino. hoc saltem ex ipsomet Alcuino constat eum in monasterio S. Martini ciuitatis Turonensis, ubi abbas fuit, scholas habuisse.

Quantum uero Alcuino doctore profecerit Erlebaldus, superuacaneum est quid memorare, | cum Walafridi calamus id citato loco non ^{115v} praeterierit et facile colligi possit ex eo, quod Heito illum, utpote moribus et scientia omnigena ornatissimum secum Constantinopolim duxerit, ut scilicet in tanta legatione eius consilijs uteretur.

Erlebaldus etiam, postquam multa egregie praestitit scholamque Augiensem paeclare instruxit multisque nobilissimis adolescentibus, ut schemate monastico induerentur, persuasit, magistri sui Heitonis abbatiam resignantis et priuatam uitam seligentis uices subire et communis fratrum calculo et Ludouici Pij uoluntate iussus est anno 822. quam abbatiam Erlebaldus plurimum utens consilio magistri sui Heitonis iam ex-abbatis paeclare pacificeque rexit. sed praestat hac super re Walafridum ipsum audire, qui saepius memorato loco sic canit:

Heliae successit enim uenerabilis ille
Heliseus uectumque leues affatur in auras:
'spiritus, oro, tuus mecum duplicitur.' at ille:
'grandia, nate, petis; fiat tamen ipsa uoluntas.'
maxima Heitonis nituerunt facta per orbem:
siquid adesse potest, tamen exsuperatur ab illo,
qui solita uirtute potens pariterque benignus
uirtutum custos, uitijs saeuissimus hostis,
ex aetate fuit puerili ipsam usque senectam.
quam pulchre et digne multumque insigniter haec res
uernat uterque pater uitaque graduque beatus!
hic pater ante fuit, modo filius astat, obaudit,
per natumque regi proprium uult corde paterno.
filius iste prius ductor patris esse iubetur,
et tamen intendit, qua se sententia docti
iam senioris agat, sequiturque per omnia pacis
congeries iungitque gregem concordia praepeps

21—p. 220, 4 Visio 152—172 23. 24 IV Reg. 2, 9. 10 26 ab isto codd.
30 haeres Eg 32 adstat, asstat codd. 37 perpes cod. V, praepeps Eg Duemmler

pastorum, nullumque dolus, nullum ira lacessit.
res laudanda quidem, paucis innata magistris.
omnipotens uitae, pacis lucisque repertor
ambobus uitam per saecula multa ministret!

Praeterea non modica gloria accedit Erlebaldo, quod S. Meginradum, comitem de Sulgoou, nepotem suum, discipulum habuerit et monastico habitu induerit, ut habetur in eius uita apud Surium 21. Ianuarij, qui dein etiam professoris munere diu functus est, ut paulo post referetur.

Resignauit Erlebaldus exemplo magistri sui Heitonis abbatiam a. 838 et deinceps priuatus uixit usque ad annum 848. quo obijt 13. Martij.

Caput VII.

116 v

De Wettino monacho.

Wettinus, Waldonis Augiae abbatis c. 3. laudati consanguineus et forte ex fratre nepos, ut in praefatione eius Visionum narrat Heito, ab ipsa pueritia in Augia educatus magistrum inter alios audiuit Heitonem, condiscipulum uero et indiuiduum suorum studiorum comitem habuit Erlebaldum. ambo enim ut praecedenti capite indicaui, posteaquam sub Heitonis disciplina insigniter profecerunt, ad maiorem in artibus liberalibus scientiam acquirendam ad Alcuinum missi sunt, quo doctore in rebus philosophicis sacrisque literis tantam sibi doctrinam compararunt, ut in Augiam reuersi ingenia superarent omnia quantumuis stunda. quo factum, ut ob eximiam rerum omnium, qua praeditus erat, peritiam Wettinus ab Heitone gymnasio Augiensi magister et doctor daretur. quod Walafridus in predicti Wettini Visionibus narrat:

nam Wettinus erat celebri rumore magister
artibus instructus septem de more priorum . . .

laudibus ex hominum multas uulgatus ad aures.

Cum ergo Wettinus sapientia et eruditione unus omnium maxime floret et Augiense lycaeum | doctissimis discipulis insigniter illustraret, ad terminum uitae sua perductus est licet satis immaturum.

Enimuero Erlebaldo Augiae praesidente anno 824. extra se raptus et ab angelo suo custode e corpore ductus reductusque miranda arcana tam in coelis quam in flammis illis expiatricibus tartareisque audiuit ac uidit, quae Heito episcopus prosaice, Walafridus autem Strabo abbas metrice, ambo Augienses monachi, conscripsere.

² pacis *Eg*, cod. *G* paucis *M* pacisque *D* 14. 15 Waldonis—Heito am Rand nachgetragen. 26—28 Visio 176. 177. 182

Obijt uero Wettinus et felicissima morte uitam finiuit 4. nouembris anno 824.

Porro cum Wettinus tanti uir esset ingenij, coniectare non difficulter licet illum plura doctrinae suae monumenta stilo, quo excelluit, non infacundo consignasse, quae uel temporum iniuria uel aliquorum hominum malevolentia perierint nostrisque oculis praerepta fuerint. quod si alicubi contigisse credendum est, cur in Augia hoc euenire non potuit? maxime cum nobile monasterium bis fuerit infestis flammis omnino absumptum et ab hostibus spoliatum atque direptum? imo etiam aliquando ad annum Christi 1007. cum Ymmo Corbiensis prius abbas, 10 homo austerus, ab imperatore Augiae praeficeretur, omnia ferme | sus- 117v que deque uersa sunt, ut Contractus in Chronico ad memoratum annum aperte narrat, cum dicit: 'sub cuius (intellige Ymonis) crudeli regimine nobile monasterium in magnis uiris, libris et ecclesiae thesauris graue pertulit detrimentum' etc. facile ergo quilibet augurari potest incom- 15 parabilem librorum farraginem tali modo distractam, absumptam temporumque iniuria pessundatam, ut mirum nemini uideri debeat, si Wettini etiam scripta insimul interierint amissaque fuerint.

Iam uero hic recolere libet, quod ad initium huius secundae partis non uanus uates praedixi futurum nempe, ut dubia incidenter multa, 20 quorum clarius elucidatio longiorem etiam quaereret industriam. Wettinum enim nostrum quidam Metensem S. Vincentij monachum faciunt sciunte prius etiam fuisse canonicum S. Augustini, quos inter est Arnoldus Wion...|. sed triplicem Arnoldi Wionij aliorumque errorem 118r caueamus oportet. primo enim Wettinus noster canonicus S. Augustini 25 fuit nunquam; secundo uerum non est eum monachum Metensem fuisse... tertio falsum etiam est uisionem illam terribilem, quae narrante illo descripta est, esse a fratribus Metensibus scriptam. certum est enim Heitonem, episcopum Basileensem Augiensemque abbatem, eius esse auctorem; nam hoc eius coaequorei Walafridus Strabus in prologo huius 30 uisionis 'a se metro decantatae et suis manibus conscripto librorum catalogo diserte testantur; quibus etiam Hermannus in Chronico optime consentit, cum ad annum Christi 824. sic scribit: 'Augiae Wettinus monachus e corpore ductus et reductus post triduum obijt; cuius uisiones Heito 35 episcopus prosa et Walafridus metro scripsit.' ...|... 119r

Ad nomen eius quod porro pertinet, scribitur illud ab Arnoldo Wione

36 heroico metro *Chron.*

et falsis illis Metensibus interiecta litera G, nempe 'Uguetinus'; sed sicut reapse enormiter errarunt, ita etiam nomen eiusdem errore aliquo conspurcare uoluerunt. nam hactenus citati omnes Wettinum scribunt explosio G, sicut et in necrologio quoque nostro ueterrimo et libro alio, quo uiuorum coenobitarum nostrorum nomina inscriebantur, scriptum 5 reperitur.

Et licet praeterea Marianus Scotus referat hanc uisionem euenisse ad annum Christi 828, tamen praeter alias Walafridus noster diem, mensem et annum tam exacte et accurate enumerat, ut reuera dubitare non | liceat anno 824 contigisse; sic enim ille ad exordium eius uisionis 119^v canit:

'hic igitur postquam dominus descendit ab alto
carnis in hospitium sexto quater atque peracto
octingentesimo rapidis discursibus anno
undecimoque Pij Ludouici Caesaris, et, dum 11
sexies October declinat quinque diebus,
adfuicit illa dies, quae septima in ordine restat' etc.

Ecce quam diligenter tempus, quo ille aegrotare coepit, describat, cum dicit anno Christi octingentesimo uigesimo quarto mensis octobris die trigesimo, hebdomadis uero die septima, id est sabbato, potionem me- 20 dicinalem sumpsisse et post quinque dies, nempe 4. nouembris, felici exitu uitam conclusisse.

Discipulos uero etiam Wettini quod attinet, inter eos tanquam singulare sidus emicuit Walafridus Strabus, de quo postea, qui aliquot locis eius uelut optimi, eruditissimique magistri mortem acerbe deplan- 25 git, praesertim poemate quodam ad Grimoaldum cappellanum edito quodque inter caetera eius carmina extat tali initio:

'scribere nulla iuuat, scriptor quia noster obiuit,
qui noua pectoribus monstrauit dogmata nostris.
aedificare uolens longum stabilita per aeuum
tecta, sed indomita praeuentus morte nequiu' etc. 30

Caput VIII.

120 r

De Tattone monacho.

Wettino ad coelos euocato lycaeum Augiense moderari ab Erlebaldo abate iussus est Tattto, uir incomparabili scientia praeditus om- 35

4. 5 Zürich Zentralbibl. hist. 27. 28 12—17 Visio 183—188 16 Octimber
codd. 17 constat codd. 27—31 Walafridi carm. IIIa (MG Poetae II 334)

niumque uirtutum praesidio apprime munitus. qui puer in Caroli Magni palatio, quod nobilissimo genere esset ortus, est enutritus et ob morum suorum elegantiam omnibus gratus. animo tamen secum falsa mundi gaudia fallacesque aulae honores reputans illam reliquit Augiensique coetui se adscribi uoluit, ubi breui eum in literis progressum fecit, ut 5 merito iuuentuti ijsdem literis imbuendae praeficeretur. scripsisse illum autumo multa, quorum quaedam cum aliorum etiam operibus perie-rint, nonnulla etiam, sed sine eius nomine, adhuc adseruentur.

Insigni laude a Walafrido, qui eum post Wettini mortem etiam magistrum habuit, exornatus est; in uisione etenim Wettini his eum 10 ille encomijs extollit:

quintus adest Tattu, cui gratia magna benigno
contulit eximios uitiae perducere mores;
nempe palatinas puer est translatus ad aulas,
sed Christi feruore calens mercede sodales 15
seruitij gaudere suos dimisit, et istud
coenobium ingrediens monachum se lege ligauit
hoc recolens, quod prima inibi documenta recepit.
est hodieque probus, felix, spectabilis, aptus;
gaudeo, quod tali mereor parere magistro, 20
cuius ob auxilium praesens me continent aetas.
floruit ad annum usque 830. obiitque XIII. Cal. April.

Caput VIII.

120 v

De Reginberto monacho.

Reginbertum laude debita frustrare nefas iudicauit; siquidem certum 25
est eum tot suis laboribus sibi immortale nomen, posteritati uero in-
gentes fructus peperisse. nam cum sub quatuor abbatibus, Waldone
scilicet, Heitone, Erlebaldo et Rudhelmo, in Augia bibliothecarius et
scriba peritissimus esset simulque sacrarum literarum studiosissimus cultor
plurima ueterum patrum aliorumque scriptorum uolumina partim manu 30
sua descriptis, partim per alias describi curauit, ut eius solius fere
fama in libris adhuc extantibus merito perennaret. libris autem sui:
+ hoc plerumque epigramma praeposuit:

magno in honore Dei, domini genitricis et almae,
sanctorum quoque multorum, quibus Auua fouetur, 35

12—21 Visio 873—882 29 Vgl. den alten Katalog IV 34—p. 224,10 Aus
Aug. CIX 1, Stuttg. Theol. et Phil. fol. 95,1; Appendix ad Walahfridi carmina 3;
Holder, Neues Arch. XIII 665 34 genetrix cod.

condidit hoc corpus permissu adiuta priorum
cura Reginberti scriptoris, in usibus optans
hoc fratrum durare diu saluumque manere.
et, ne forte labor pereat confectus ab illo,
adiurat cunctos domini per amabile nomen:
hoc ut nullus opus cuiquam concesserit extra,
ni prius ille fidem dederit uel denique pignus,
donec ad has aedes quae accepit salua remittat.
dulcis amice, grauem scribendi attende laborem.
tolle, aperi, recita, ne laedas, clade, repone.

Hoc totum uenerandae antiquitatis monumentum | ideo exscripsi, ut 121r
maiorum nostrorum diligentiam nobis imitandam ostenderet nostrorum
que monachorum inertem desidiam detestandam. tot enim Reginbertus
noster non solum libros magna diligentia descripsit, sed etiam ex sancto
sanctorum patrum commentationibus compendia et flosculos excerptis et in 15
pulchros ordines digessit, ut mirum sit hominem choro alijsque spiri-
tualibus exercitationibus addictum hoc potuisse praestare. praeter etiam
plurimos ab ipso in membranis laboriosissime conscriptos libros adseruatur
adhuc omnium librorum in Augiensi bibliotheca tunc extantium catalogus
in longo uolumine siue (ut uocant) rotula ab ipso exaratus; cui etiam libros 20
a se sub regimine praedictorum quatuor abbatum conscriptos subiunxit.

Hic idem Reginbertus auctor Walafrido fuit, ut praeclarum illum
de ecclesiasticis rebus tractatum componeret, quod ipse Walafridus tum
in prologo eius libri, tum etiam in epigrammate praefixo demonstrat,
cuius carminis tale est initium:

'hoc opus exiguum Walafridus pauper hebesque
collegit patrum dogmata lata sequens.
sed non sponte sua tam magnos uenit in ausus:
dura Reginberti iussio adegit eum' etc.

Vixit uero Reginbertus ad annum usque ad 847. quo feliciter laborum 30
suorum praemia recepturus ex hac uita migrauit VII. Idus Maij.

Caput X.

121 v

De quodam Anonymo.

Cum ueteres monachi latere magis et parui fieri optarint quam
apud homines in pretio esse et laudibus extolli, ne uidelicet quam 35

4 ipso Pez 8 sedes cod. aedes Eg. 9 adtende cod. 19 Alter Katalog IV
26—29 Walahfr. carm. 79, 1—4. Cod. S. Gall. 446, 218; Vindob. 914, 36. Vgl. unten
S. 227, 7 33 Vgl. Literaturangaben bei A. Holder, Die Reich. Hss. I 462 zu Aug. CCII 109

multis nacti essent sudoribus cordis humilitatem et suimet despicien-
tiam uno statim momento amitterent et non sine magno ludibrio in
euanidum abire permetterent, euenit, ut nonnulli tractatus, quos dicta-
uere, absque sui auctoris nomine ad nos usque peruererint. hos inter
numerari iure potest auctor ille anonymous, quo de mihi sermo est, qui 5
stilo succincto et ualde aperto translationem quarundam S. Genesij,
martyris Hierosolymitani, reliquiarum in Schinensi ecclesia positarum
et historiam nonnullorum miraculorum, quae ijs temporibus ibidem eue-
nere, conscripsit. cum uero in prologo ille auctor affirmet se iussu
Erlebaldi, sui abbatis, illud opusculum edidisse, existimo forte Wettinum 10
uel Tattonem aut certe Reginbertum id fecisse, quos omnes constat
sub Erlebaldo floruisse. nihilominus tamen certi nihil definierim, cum
neminem fugiat plures tum in Augia monachos doctissimos effulsisse.

Vixit auctor iste, quisquis fuerit, circa annum domini 830. sub
Erlebaldo Augiensi abate. 15

Caput XI.

122r

De Theganmaro monacho.

Inter caeteros, qui sub Erlebaldo claruere, monachos non uulgari
doctrina et pietate eminuit Theganmar, de quo sanctiorne an sapientior
fuerit, dubitari posset. at licet nihil extet, quod scripsisse credendus 20
sit, eum tamen ex Augiae doctoribus ob eximia, quibus praeditus erat.
scientiarum omnigenarumque uirtutum talenta excludi par non fuit,
quam ob rem plura et honorifica sub Waldone, Heitone et Erlebaldo
abbatibus obiit munia, quando nempe monasterij decanus, praepositus
et cuncto Augiensium fratrum coetui a secretioribus fuit confessionibus, 25
quae omnia Walafridus in saepe citata Wettini uisione non tacuit,. cum
sequentes de illo uersus panxit:

quartus erat senior, multis prouectus in annis,
Theganmar, domini famulus, cui longa senectus
contulit aeterno uenerandos munere canos: 30
grandis honor capitis, maior sapientia mentis,
confessor fratrum, gnarus conferre medelam,
moribus antiquos sequitur sine crimine patres.

Obiit multorum annorum aetate operumque bonorum cumulo onustus
pridie Kalend. Septemb. circa annum d. 826. 35

28—33 Visio 867—872

Die Reichenauer Handschriften. III 2.

Caput XII.

122 v

De Kerardo monacho.

Istis etiam temporibus, cum Augia ab augendo sic dicta doctrina in dies cresceret et augeretur uirisque praeclare doctis abundaret, inter multos alios etiam uixit Kerardus monachus humanioribus literis quam optime imbutus, qui ne talentum sibi a deo concreditum occuleret, ad Augiensis scholae singulare commodum synonyma uno uolumine comprehensa comportauit, ut minori deinceps labore iuuentuti Augiensi in conquirendis uocabulis sudandum esset. quo uero tempore uel sub eius abbatis regimine uixerit, incertum habeo; opinor tamen ego, si non ante uel sub Erlebaldo uixit, certe non multo post uixisse. at de quo saepius conqueri soleo, nihil est, quod aegrius feram, quam homines quosdam rudes et plane indoctos ex bibliotheca nostra uetustiores et uix uspiam reperiendos libros ita sordide tractasse, nihili duxisse et bibliopegis minimo pretio, ut aliorum codicium ligaturae inseruissent, uendidisse.¹⁵

Caput XIII.

123 r

De Walafrido Strabo abate.

Walafridus cognomento Strabus quindecim annorum adolescens ab Heitone abbe in Augia monastico induitus est habitu anno post partum Virginis 821, ubi Wettino, monacho insigniter pio et erudito, aliquamdiu est usus magistro, quod ipsem Strabus poemate quodam ad Grimoaldum, Hludouici regis archicappellanum, de morte Wettini scripto testatur in haec uerba:

'scribere nulla iuuat, scriptor quia noster obiuit,
qui noua pectoribus monstrauit dogmata nostris; . . .
forsitan indigni fuimus sapiente magistro' etc.²⁵

Anno autem 824. Wettino e terris ad coelos sublato praeceptorem audire coepit Tattonem itidem Augiae monachum, uirum doctrina pariter et generis nobilitate illustrem. quorum Walafridus consuetudine quantum scientiae thesaurum acquisierit, testantur eius doctissima, quae plurima post se reliquit, monumenta. nam poeta, historiographus et sacrae scripturae interpres fuit clarissimus; scripsit enim:

Glossas seu commentaria in Genesin, Exodum, Leuiticum; quae extant apud nos.

² Korr. aus: De Gerardo et Kero monachis. 11—15 Vgl. oben S. 37
 24—26 Walafridi carmi. IIIa 1. 2. 6 33 Vgl. St. Gall. 283? 'Extat apud nos Catalogus plurium aliorum voluminum a se (Walafrido) concinnatorum' E. Manz,
 cod. Gen. Land. Arch. 1098f. 243v. Damit wird Egons Syllabus gemeint sein

Glossas in librum Numeri, quae exstant apud S. Gallum.

Glossas in VII Canonicas, quae extant apud nos.

Expositionem in Psalmos Dauidis, cuius prima tantum pars in Augia ^{123 v} reperitur.

Glossas in epistolam S. Hieronymi ad Marcellam de Hebraicis ⁵ minibus.

De officijs diuinis ad Reginbertum Augiensem lib. I, qui est etiam impressus part. 1. tom. 9. bibliothec. uet. patrum et eius autographum in Augia asseruatur.

De comparatione Ecclesiasticarum et mundanarum dignitatum lib. 1. ¹⁰

De eminentia unitatis episcopi et gratiae lib. 1, qui extare scribitur ad S. Gallum.

Epistolarum lib. 1.

De subuersione Hierusalem homeliam longam, quae est in biblioteca patrum. ¹⁵

De omnibus sanctis sermonem, cuius exordium: 'hodie dilectissimi' etc.

De reuelatione S. Stephani papae et de consecratione summae arae SS. Petri et Pauli Romae.

De uita S. Galli prosaice lib. 2, qui extant apud Surium tom. V.

De eiusdem uita metrice lib. 1 hoc initio: 'promissi memor ecce ²⁰ mei, Gosberte, quod olim' etc. extat in S. Galli bibliotheca.

De uita S. Othmari librum 1, qui extat apud Surium tom. VI. | ^{124 r}

De uita s. Mammetis martyris metrice lib. 1, qui est in bibliotheca patrum.

De uita b. Blaitmaic, monachi Hyberni, uersus plures. reperiuntur ²⁵ ibidem.

De uisionibus Wettini, monachi Augiensis, metrice lib. 1, qui habetur ibidem.

Poemata scripsit praeterea alia, epigrammata epitaphiaque quam plurima, quae tom. 6. antiq. lect. apud Henricum Canisium et tomo 9. ³⁰ biblioth. patrum extant. composuisse etiam uidetur alia poemata, quae

² Aug. CXXXV ³ Aug. CXCII. 'Extat apud nos' *Syllabus*. Vom Fehlen eines Teils sagt der *Syllabus* nichts; vgl. St. Gall. 313 ⁵ scribitur ms. haberi in S. Gallo *Syllabus* ⁷ Vgl. St. Gall. 446 f. 213, Bamb. A II 53 ^{10—17} im *Syllabus* nicht erwähnt ¹⁴ vgl. St. Gall. 565 f. 158 ¹⁹ Aug. XXXVII f. 175; St. Gall. 560 ²⁰ St. Gall. 869 f. 155 ²¹ 'dicitur extare ms. apud s. Gallum' *Syll.* ²² vgl. St. Gall. 560 ²³ St. Gall. 869 f. 7—50 ²⁵ St. Gall. 869 f. 52 ²⁷ die codd. bei *E. Duemmler* vor der Ausgabe S. 263ff., dort auch die Überlieferung der übrigen Schriften Walahfrids

extant ibidem inter carmina Theodulphi, episcopi Aurelianensis, nempe epitaphium Geroldi comitis in Augia sepulti, carmen gratulatorium in aduentu Caroli ad Augiam, quod incipit: 'ecce uotis apta uestris' etc. item aliud in aduentu Lotharij imperatoris, cuius initium: 'innouatur nostra laetos terra flores proferens.' reperiuntur insuper multa alia, ⁵ praesertim commentaria in plures sacrae scripturae libros, quae ipsius esse creduntur, tam in nostra Augiensi, quam etiam Sangallensi bibliothecis.

Sed uero cum Walafridus non solum libris scribendis, uerum etiam erudiendis monachis exponendisque sacris literis sedulam operam diu ¹⁰ nauasset, Rudhelmo, Augiensi abbatii, e uiuis sublato communi fratrum consensu suffectus est anno Christi 842. . . .

Unde sicuti Walafridus semper se Augiensem affirmat, ita etiam ^{126r} (quod pro secundo arguento adduco) a nostris Augiensibus semper pro tali est agnitus. Reginbertus certe Augiensis monachus et Walafridi coaetaneus in catalogo quodam librorum uetustissimo (cuius autographum seu chirographum in rotula habetur.) sic habet: 'In quinto libro continentur libri prognosticorum tres, et quartus liber dialogorum, et liber uisionis Wettini fratris nostri, quam Heito episcopus descriptis, et Walahfrid frater noster metricis uersibus subsequens illam decorauit.' ²⁰ an non pari modo sicuti Wettinum ita et Walafridum uocitat fratrem nostrum? at quis nesciat Wettinum alia de causa non uocari fratrem nostrum, quam quod Augiensis coenobij monachus fuerit? ergo et Walafridum eandem ob causam uocat fratrem nostrum, quod scilicet Augiensis monasterij fuerit professus. neque uero | mihi quis obijciat Regin- ^{126v} bertum ideo fortasse nominasse Walafridum fratrem nostrum, quod tunc ²⁶ ille in Augia literis operam daret. uanum quippe hoc figmentum est, ut patebit, nam Reginbertus hunc suum catalogum scripsit sub Rudhelmo, nostro abate, quod ipsem testatur in titulo praedicti catalogi,

2 carm. append. 3 (Aug. CXII f. 111) 3 carm. 64 ed. *Duemml.* 4 carm. 63
 5—8 *Syllabus:* '[comm]emoratur praeterea .. scripsisse glossas in libros Numeri,
 Regum, Judith, Hester, Sapientiae, Ecclesiastici, Hieremiae, Machabaeorum,
 Actuum apostolorum etc. quae utrum alicubi habeantur dubito; ego tamen fateor
 me in nostra bibliotheca nondum invenisse.' So erwähnt der Syllabus noch: 'Vita
 Carolomanni regis, postea monachi Cassinensis lib. 1 (die bei Surius stehet solle:
 'at ego in meo Surio non invenio'). Epistolarum ad diversos lib. 1, quem etsi prae-
 caeteris optarem, nondum tamen merui videre. Alia quae scripsit, nec vidi nec
 legi; credibile tamen... est illum plura si non scripsisse, certe dictasse.'

16 Alt. Katal. IV. Die Hs. ist nicht mehr unter den Reichenauer Kodd. zu
 finden.

quem, eum ad hanc controversiam decidendam possit aliquid lucis adferre, non pigitum est hue totum transferre, qui talis est: 'Incipit Breuis librorum, quos ego Reginbertus, indignus monachus atque scriba, in insula coenobij uocabulo Sindleozes Auua sub dominatu Waldonis, Heitonis, Erlebaldi et Ruadhelmi abbatum eorum permissu de meo gradu 5 scripsi' etc. constat igitur Reginbertum catalogum hunc suum scripsisse sub Rudhelmo, qui tantum quatuor annis praefuit, ab anno nempe 838 usque ad 842 annum, quo Walafridus Augiensem clauum moderari coepit. quis itaque nisi emotae mentis homo credit Walafridum adhuc in Augia circa annum Christi 840 studuisse, cum certum sit biennio 10 post abbatem fuisse factum? ... hanc etiam de Walafridi monachatu 127 r Augiensi sententiam corroborare uidetur Rhabanus Maurus in epitaphio, quod mortuo Walafrido composuit et in Augiam misit, ut testatur Christophorus Browerus in notis ad poemata Rhabani, quae extant operum eius tomo sexto. epitaphium uero est hoc:

15
'noscere quisque uelit, tumulo hoc quis conditus extet,
perlegat hunc titulum, omnia sicque sciet.

ergo Walachfredus tumulatus sorte quiescit,
praesbyter et monachus ingenio hic ualidus.
abbas coenobij huius custosque fidelis

20
hic fuerat caute dogmata sacra legens.
nam docuit multos metrorum iure peritus,
dictauit uersus, prosa facundus erat' etc.

Iam uero quis hic ita caecutiat, ut nequeat uidere Rhabanum, prout asseruit Walafridum Augiensis coenobij fuisse abbatem, ita et asserere 25 uoluisse eiusdem coenobij fuisse monachum et praesbyterum? | ubi me- 127 v minit in hoc epitaphio monachatus uel decanatus Sangallensis? aut forte Rabanus ignorare potuit illum in S. Galli coenobio fuisse professum et post octingentos annos uelut oculatores argi hi recentiores nullis ueterum monumentis edocti scient?

Ne tamen quis existimet deesse nobis alia argumenta, quibus Walafridum nobis adsciscamus, adducimus tertium aequa ponderosum, quod desumi potest ex Augiensis bibliothecae antiquissimis monumentis. nam habetur adhuc uetustus codex, in quo scripta reperiuntur non tantum nomina defunctorum a condito monasterio fratrum Augiensium, sed 35 etiamnum tunc temporis (·sub Erlebaldo uidelicet abbe·) uiuentium,

2 Eingang des alt. Katal. IV. 16—23 Hrabani Mauri carmina, MG Poetae II 239 Nr. 88, 1—8. Vollständig unten, S. 230 16 exstet Brower (s. MG II 157)

inter quae etiam Walafridi monachi tum adhuc iuuenis nomen expresse scriptum reperitur. . .

Tractandum etiam hic praeterea restaret de Walafridi excellentissima ^{133 v} doctrina deque discipulis eius undequaque doctissimis. at quoniam eam rem alio loco statui uberior exanimare, hic supersedendum fuit, ne ⁵ alias caput hoc, quod caeteris longius est, fastidienti lectori nauseam pareret. . . Walafridus ergo, sicuti plane hanc uitam scribendo, legendo, ^{134 r} docendo meditandoque feliciter consumpsit, ita etiam uelociter omnino consummauit. mortuus est enim statim quadragesimo tertio aetatis suaee anno, Christi uero 849, 18 Augusti, in Augia cum sequenti epitaphio ¹⁰ a Hrabano Mauro, archiepisco[po] Moguntino et olim abate Fuldensi, conscripto sepultus:

noscere quisque uelit, tumulo hoc quis conditus extet,
perlegat hunc titulum, omnia sicque sciet.

ergo Walachfredus tumulatus sorte quiescit,

praesbyter et monachus ingenio hic ualidus.

abbas coenobij huius custosque fidelis

hic fuerat caute dogmata sacra legens.

nam docuit multos metrorum iure peritus.

dictauit uersus, prosa facundus erat.

inuitans constanter oues ad pascua Christi

distribuit dulcem fratribus ore salem.

moribus ipse probus uirtutum exempla reliquit,

discipulis pastor, plebis et almus amor.

mors fera, sed iuuenem hinc rapuit damnumque ferebat

multis, sed Christus hunc tulit ad superos.

quisquis hunc titulum recitas, pro hoc, posco, fideles

funde preces Christo, sicque places domino.

Caput XIV.

134 v

De Grimaldo monacho etc.

30

Grimaldus Heitonis et Erlebaldi abbatum regimine monachus et magister in Augia celeberrimus fuit tantumque nomen ob uarias tum animi tum corporis dotes sibi comparauit, ut a Ludouico, rege Austrasiae, Pij filio, circa annum Christi 824 in aulam suam, ubi magistrum

¹ Confrat. Aug. 17, 35 (MG libri confr. S. 157) ² [...] Der Rest der Abhandlung über Walahfrid besteht in der Widerlegung verschiedener Ansichten, nach denen Walahfrid kein Reichenauer sein sollte. 13—28 MG Poet. II 239; vgl. oben S. 229 ²¹ instanter *Brower* regis *Brow.* Christi *Eg*

et cappellanum ageret, euocaretur. ubi tametsi inter inquietorum palatinorum strepitus diutius uersaretur, studia tamen et quietem monasticam summopere adamauit et, quantum licuit, aulicis curis saepissime se subtrahens monachi uitam in optato duxit otio, Walafrido affirmante, dum sequentibus illum uersibus salutauit:

5
quamuis subter agas regum tabularia uitam
non te praetereo, specubusne latebis, Homere?
noui namque Sicana tibi spelaea placere,
solus ubi mensis Musarum et amore fruaris.
saepe tamen magnis uictoribus optima cudis
carmina, tempus erit rutilo te sole carere.

10

Cum ergo Grimaldus ob ingentia merita Ludouico regi gratissimus esset, is ut arctiori amicitiae uinculo illum sibi adstringeret, posteaquam deuicto Lothario fratre suo imperatore uniuersam Germaniam suo imperio subiugasset, ei San|gallensem abbatiam in beneficij locum concessit. 135 r quare Grimaldus, ut qui iam a puero in Augia omne disciplinarum 16 genus imbibisset et in aula etiam non solum ingenium suum non hebetari passus fuisset, sed uero potius maxime excoluisse acuissetque flumine eruditionis suae Sangallensium fratrum pectora uelut amoena quaedam prata ita rigauit, ut paulo post in celeberrimos doctores euaserint nobilissimamque scholam instituerint, quae dein Ysones, Notkeros, Tutelones, Ratpertos et similium uirtutum perplures sectatores produxit. ... | Et licet ista Sangallenses scriptores tam ueteres quam iuniores 135 v omnia fideliter referant, mirari tamen animum subijt, qua de causa moti nihil de Grimaldi monachatu et magisterio Augiensi memorent, sed potius non obscure insinuent ante Sangallensem ab illo praefecturam initam tantummodo fuisse eum canonicum uel clericum saecularem. quorum ego certe opinionem nequaquam admittendam censeo. in antiquissimo etenim codice nostro ante octingentos annos adhuc, antequam Grimaldus S. Galli abbatiam esset naetus, conscripto, quo sub Erlebaldo uiuentium Augiensium fratrum nomina inscripta uisuntur, expresse Grimaldi etiam 'cappellani' nomen inter alia reperitur. et ne uenerandae antiquitati aliquid derogasse uideas palamque constet me bona fide codicem illum citare et pro nobis exponere, placuit titulum ipsum et nomina ordine suo posita, breuitatis tamen causa pluribus huc non pertinenti- 25

6—11 Walahfridi carm. 23, 227—232 De Grimaldo magistro 9 Musis edd.
mensis Eg im Autogr. über Musarum et eingeflickt, dann durch Zahlen 1. 2 über
mensis und Musarum richtig umgestellt meritis Pez fruare Pez 31—32 Gri-
maldus capellanus Confrat. Aug. 14, 39 (MG libri confr. p. 156)

bus omissis, adiungere. titulus autem est iste: 'Nomina uiuorum fratribus Insulanensium.' sequuntur uero statim nomina hoc ordine: 'Erlebalodus Abbas, Heito Episcopus, Theganmar Presbyter, Woluini presbyter, Sigebertus presbyter, Richram presbyter' etc. 'Grimaldus Cappellanus, Sigifrid Monachus' et plurimi alij presbyteri, diaconi et monachi. en oculatum et plane incorruptum testem, qui nullos alias huic catalogo inseruit, quam monachos Augiae, quos omnes nouit sub Erlebaldo 136r uiuentes. non existimo potuisse inueniri aliquem ita impudentem, qui auderet uiuentem et adhuc in florida aetate existentem Grimaldum (quem etiam expresse nominat cappellanum.) monachis Augiae immiscere, si talis ille nunquam fuisset.

Videtur praeterea Grimaldi in Augia professio et magisterium optime probari ex Walafridi poemate, quo mortem Wettini, sui in Augia magistri et praeceptoris, Grimaldi uero germani fratris aut certe cognati, deplorat et Grimaldum, de quo sermo est, adhortatur, ut loco fratris 15 sui Wettini praeceptor esse uelit Augiensemque iuuentutem edocere his uersibus:

'saepe quod adiungo alterius ploratibus unum est:
quod nullus magni profertur dogmatis haeres;
praedia tanta uacant nullo uineta colente; 20
deperit absconsae sapientia mentis ab usu.
dicitur: heu misero, qui dum cadit ipse leuantem
non habet; ille iacet cuncto miserabilis orbi.
tu fratris deserta tui iam semina profer.
non torpore uacat, sancta quod lege iubetur:
est sed fructiferum, si quis sub lege potitur. 25
decidit ille mihi, uicibus nemo illius adstat' etc.
'innumerisque bonis meritum superauerat omne.
quis mihi nunc misero uerbum demonstrat adhortans?
annales memora[re] dies mortemque notare
quis cogit? nisi sollicita sub mente retractet, 136v
proximus esse: sibi iussum de nomine Christi,
ne fraterna suo tollatur ab ordine proles.
haec iam dicta legas, pater optime, corde receptans:
exhinc esse mihi dignare affabilis atque 31
rebus in occultis nostrum solare dolorem' etc.

Ex uersibus proin istis liquido patet Grimaldum Augiae fuisse monachum et Walafrido, octodecim annorum tunc adolescenti, ualde notum,

17—35 Walafridi carm. IIIa 17—26. 29—37

imo etiam familiarem, quod ipsem iterum in prologo Visionum Wettini ad eundem Grimaldum his uerbis testatur: 'ex quo, pater beatissime, familiari quadam pietate exiguitatem meam dignati estis agnoscere, sedulo tenaci memoria amplexabor, cuius praesentiam summo ardore sitiebam, sicut et hactenus ago' etc.

... Hic porro uel obiter admonuisse sufficiat Grimaldum, quamuis 137 r ex Augiae monacho archicappellanus Ludouici et postea etiam S. Galli abbas fuerit factus, nunquam tamen fuisse abbatem Augiae, quod quidam perperam scribunt. nam ab anno Christi 841, quo S. Galli monasterio praesidere coepit, usque ad annum 872, quo ex hac uita 10 migrauit, Augiam nunquam interrupta serie rexerunt Walafridus, Folcwinus, Waltherius et Haito abbates, prout Annales Augienses Germanice conscripti habent Hermanusque in Chronico aperte testatur. his et alijs de rebus opportuniori loco forsan fusius agemus. tamen etiam hic, cum de Augiae doctoribus agimus, omitti Grimaldus non debuit, 15 cum celebris magister et in aula regis etiam archicappellanus maxima cum dignitate honoreque fuerit.

Caput XV.

137 v

De Emenrico monacho.

Emenricus magister clarissimus eruditissimusque Augiense gymnasium nobiliter rexit circa annum domini 850. uir fuit facundus, prosa metroque excellens. scripsit enim aliqua ad Grimaldum abbatem S. Galli, quae adhuc ibidem asseruantur. narrant rerum Sangallensium scriptores eum ex Augia ad S. Galli monasterium transmeasse ibique inter eos patres, sub Grimaldo scilicet abbatte, diutius uitam duxisse. quod num 25 ueritate aliqua nitatur, non ausim affirmare, cum hactenus nihil hac de re inuenierim.

Sed facile fieri potuit, ut Grimaldus (· quem diximus ex Augiae coenobita S. Galli abbatem creatum.) ex Augia etiam uiros aliquos doctos expeteret, quos scholae suae celeberrimae nouiter magna cum 30 Sangallensis monasterij gloria institutae praeficeret. caeterum non metet fuisse etiam Emenricum diaconum, qui instinctu Gundrammi anachoretae uitam S. Solae abbatis (· quae tomo 4 antiq. lect. apud Canisium extat.) conscripsit, ubi Rodulphum, Fuldensem monachum, suum

⁴ amplexabar ed. -or Eg. Die Stelle bildet den Eingang der Visio. ¹² Die Chronik Öhems. ³⁴ Roudulfus Fuldensis presbiter et monachus, doctor, poeta et historicus satis doctus, 8. Id. Mart. obiit. *Chron.*

uocat magistrum, qui obijt iuxta Contractum anno 865. at num idem sit cum nostro Emenrico, ualde dubito, alioqui ratio temporis optime concordat, cum etiam noster ad annum usque 870 uel ultra peruererit.

Caput XVI.

138r

De Buntwido monacho.

5

Buntwidi monachi Annales nostri non incelebrem faciunt mentionem aiuntque fuisse uirum doctum scholaeque Augiensis praefectum sub Rudhelmo abbe circa annum Chr. 840. memoratur etiam quaedam scripsisse, quae an etiamnum extent, ignoro; apud nos uero nihil reperi saltem, quod eius nomine sit insignitum, certum est. caeterum referunt praedicti Annales eum, postquam scholam monasterij maioris egregie aliquamdiu fuisse moderatus, a patribus in superiorem in Insula praeposituram (quam tum Hattonis Cellam nominabant.) fuisse missum ibique etiam aliqua, quae scripsisset, monumenta post se reliquise. at fateor in Annales hic errorem non minimum subrepsisse. si enim uerum est ad superiorem in Augia Cellam eundem fuisse ablegatum, iuuere sub Rudhelmo uix aut ne uix quidem potuit, qui quinquaginta annis ante mortuus est, quam Hattonis Cella ab auctore suo sic nuncupata, esset exaedificata. Rudhelmus enim abbas obijt a. 842; Cella uero superior condita est circa annum Chr. 894. unde reuera, si Buntwidus ad illam Cellam sit ablegatus, florere alio tempore non potuit quam ad annum 900 uel etiam paulo post.

Caput XVII.

138v

De S. Meginrado monacho.

Meginradi licet meminerimus supra cap. 3. part. 1., quando de Augiae sanctis egimus, nunc iterato tamen, quia etiam doctor fuit, eius memoria est instituenda: is enim puerulus iam nouennis circa annum Christi 807 a parente suo Berchtoldo in Augiam studiorum causa est deductus ad Heitonem abbatem, eiusdem Berchtoldi auunculum, qui iuuenis docile et gnauum ingenium perspiciens illum Erlebaldo tum celebraitissimo in Augia magistro, cuius etiam germana soror Meginradi mater erat, commendauit. sub cuius disciplina tantam uirtutis et sanctimoniae puritatem hausit, quantam dein eius sanctissime transacta uita patefecit. at ut caetera, quae minus huic pertinere uisa sunt, nunc omittamus, praetereundum non est, quod Berno caeterique eius uitae scrutatores scripsere, Meginradum ex Augia ad coenobiolum Pollingense prope lacum Thuricensem, eidem Augiensi monasterio tum subiectum, fuisse

iuuentutis instituendae causa transmissum. qui auctores quoque eum aliquos libros scripsisse et iuuentutem monasticam praedclare gubernasse referunt, donec ad a. Chr. 828 eremum sit ingressus, in qua 32 annis sanctissime uixit felicemque mortem oppetijt a. 861.

Caput XVIII.

139r

De Hattone abate et archiepiscopo.

6

Hattonis uitam operaque ab illo egregie praestita ob illorum magnitudinem a me difficulter aut neutiquam describi posse existimo. tam enim fuit naturae gratiaeque donis copiose ornatus, ut quod in eo desideres, uix inuenire possis. . . . nam si in eo natalium splendorem requiras: ortus est ex Franciae regum stemmate, quo nullum nobilius; si eius dignitatem et magnificentiam intuearis: abbas fuit Augiae et (si hoc minus est) archiepiscopus Moguntiae secundusque a Caesare; si doctrinam eius nosse cupias: fuit illa non uulgaris, sed praestans certe et quae tantum uirum deceat; si eius etiam prudentiam in rebus agendis consideres: fuit illa prorsus admiranda et singularis, ut ob eandem ab aliquibus historiographis per antonomasiam quandam Hatto prudens, ab alijs ingeniosus, a nonnullis etiam subtilis uocitaretur; si solertiam eius et gnaui animi ad omnia etiam ardua peragenda promptitudinem attendas: reperies plane stupendam et non nisi a magnis heroi bus exerceri solitam, ut uel hinc fortis | creari a fortibus neque ab aquila imbellem generari columbam discas. si denique, quod caput est, etiam uitam eius uniuersam introspicias: reperies (·ut uerbo dicam·) sanctum sancte uixisse. . . .

Hatto ergo egregiae indolis adolescens ab Heitone secundo uel Rudhone abbe Augiensi monastico schemate indutus sub cura optimorum magistrorum, quibus tum Augiense gymnasium refertissimum erat, liberalibus disciplinis excultus est tantumque omnium fratrum sibi amorem ob subtilissimi intellectus perspicacitatem raramque in rebus bene gerendis prudentiam conciliauit, ut eum anno Christi 888 Rudhone e uita decadente in abbatem Augiae summa concordia et unanimi quadam ueluti suffragiorum conspiratione elegerint, quod ille munus, dum tribus annis non integris felicissime administrasset, ab Arnulpho rege, qui eius ingenij dexteritatem sapientiamque iam satis perspectam multisque experimentis probatam habebat, in locum S. Sunderoldi, Moguntini metropolitae, tum a Normannis Germaniam depopulantibus oc-

¹⁰ Hier fällt ein Nachtrag Egons aus, der ein Zitat aus Lazius enthält.

cisi anno 891 suffectus est. qua ille dignitate auctus nihil de priori zelo et in rebus ecclesiasticis feroore remisit, quin potius quo altiori cathedrae praesidebat, eo maiorem etiam conatum et industriam adhucuit, ut distortos Germaniae mores emendaret, praesertim etiam episcoporum auctoritatem tum a saeculari potentia contemptam ac ferme presumdatam exaltaret. quod abunde praestitit, quando singulari Germaniae emolumento uiginti sex episcoporum multorumque abbatum synodus ad Tribuarium anno 895 congregauit pluresque sacros canones pro tuenda episcopali auctoritate magno ecclesiasticae rei incremento sanxit, unde reuera iam pridem apud Arnulphum regem eam gratiam meruit inire, ut anno 893, dum ex Uta regina ipsi Ludouicus filius esset natus, iusserit Hattonem suum compatrem esse filiumque e sacro baptisme leuare, qua de causa postmodum rex Ludouicus eundem Hattonem suum spiritalem patrem solitus est nominare, ut diploma priuilegiorum a Ludouico Augiae concessorum demonstrare potest. |

Non multo etiam post, dum anno 896 Arnulphus rex Italianam a 140 v Formoso papa inuitatus ad coronam imperialem accipiendam cum exercitu ingrederetur, in comitatu suo eundem quoque Hattonem habere uoluit, qui Romae a Formoso praeclaris Sanctorum reliquijs et cum ijs integro S. Georgij martyris capite donatus insignia tam ab eodem pontifice quam ab imperatore Arnulpho pro Augiensi monasterio priuilegia impetravit.

Hic etiam reticendum non est Hattonem etiam, cum archiepiscopus fuit, abbatem Augiae semper mansisse. . . .

... Omittendae etiam breuitatis causa hic plures aliae controvuersiae 142 v fabulaeque sunt, quibus otiosi inuidiosique scriptores Hattonis famam 26 sanctitatemque mendacissimo subinde ac mordacissimo calamo frustra expungere expugnareque nisi sunt, praesertim quando memorarunt eum Ludouico regi comitem Adalbertum fraudulenter prodidisse itemque Henrico Aucipi clanculo necem fuisse machinatum et demum dignas 30 scelerum suorum poenas a daemonibus in Aetnam, Siciliae montem, abreptum dedisse. mera enim ista somnia sunt figmentaque a maleuolis maledicisque excogitata, ut Deo prosperante in annalibus nostris Augiensibus clarus refellam. Hatto tandem cum maximae post reges in imperio dignitatis potestatisque, uidelicet totius regni prouisor delectus 35 fuisset et ob ingentia merita sibi immortale nomen peperisset, mortem sancte oppetijt anno 913. 15. Maij, postquam Augiae 25, Moguntiae autem 21 annis laudabiliter praefuisset.

Caput XIX.

143 r

De monacho anonymo, vitae S. Meginradi auctore.

Floruere etiam post annum nongentesimum celebres quidam in Augia monachi scripseruntque non pauca, quorum tamen ad nos non peruenit notitia. remansit tamen ex eorum laboribus uita S. Meginradi ⁵ martyris grauiter ab uno aliquo conscripta, . . . eius tamen auctoris nomen cum adhuc incompertum sit, Anonymum uoluimus indigitare, licet sciam nonneminem eius auctorem facere Bernonem (quo de post tractabimus), Augiae abbatem.

Caput XX.

10

De alio anonymo vitae B. Symeonis monachi Augiensis auctore.

Eodem omnino tempore uixit in Augia auctor ille non incelebris, qui uitam B. Symeonis, monachi Augiensis . . . claro eloquio conscripsit, quae adhuc in nostra Augiensi bibliotheca integra seruatur in membranis exarata. floruisse uero uidetur auctor ad annum Christi 930. ¹⁵

Caput XXI.

143 v

De alio anonymo auctore historiae translati s. sanguinis
Christi ad Augiam.

Sub idem fere tempus, cum a Sunahilde, Rhaetiae comitissa, matrona egregie sancta, sanguis domini olim ab Aza, Hierosolymorum ²⁰ praefecto, Carolo Magno transmissus anno Christi 923 in Augiam fuisse adportatus, eius translationis totam historiam miraculaque monachus aliquis doctrina praestantissimus tam pie quam erudite soluta oratione descrepsit interspersis tamen subinde carminibus non ineleganti-
bus. reperitur haec historia manuscripta in eodem codice, quo uitae ²⁵ BB. Meginradi et Symeonis exaratae inueniuntur.

Caput XXII.

De quodam alio anonymo translationis S. Marci auctore.

Praedictis auctoribus subnectendus occurrit antiquae et spectatae auctoritatis scriptor, qui eodem saeculo floruit et historiam translationis ³⁰ S. Marci euangelistae, quando nempe anno Christi 830 sacrum eius

² Aug. XXI f. 75, LXXXIV f. 12 und CCVI f. 244 v; vgl. Waitz MG SS IV 445, Mones Quellens. I 53 (wo XXI als 21 [B] bezeichnet wird) ¹¹ Aug. LXXXIV f. 87
²⁶ Aug. LXXXIV f. 124 v; vgl. Waitz MG SS IV 446, Mones Quellens. I 68

corpus Venetijs per Ratoldum episcopum in Augiam est transuectum, aperto sermone concinnauit, quae cum praefatorum auctorum opusculis in eodem manuscripto uetusto codice hodieque extat.

Caput XXIII.

144 r

De Witegouo abbate.

Hactenus de anonymis seu innominatis quibusdam egimus, nunc uero etiam Witegoui abbatis inter Augiae sidera plus satis nominati et splendidi memoriam attexamus, qui etsi politissima ingenij sui incude elaboratum nihil posteritati consecrarit, quamdui tamen uixit, eloquentiae suae uenam fluere semper, effluere nunquam permisit. quod 10 ad natales eius pertinet, licet nuspia reperiam notatos, reor tamen fuisse non obscuros, sed maxime illustres, eo quod Othoni III. imperatori fuerit in paucis carus et familiaris ac uel tunc maxime Augia uiris tam doctrinae et morum quam generis et sanguinis nobilitate illustribus enituerit. Rudmanno ergo abbatii, qui Augiae res egregie administrauit auxitque anno Christi 985 ad coelites uocato conspirantibus Augiensium patrum uotis et Caesare uolente Witegouo substituitur. quem deinceps hac auctum dignitate Otho III. tanquam collateronem suum domi forisque indiuiduum adhibuit. causam eiusce familiaritatis necessitudinisque Burcardus, huius aeui poeta, non aliam refert fuisse quam 20 raram in Witegouo sapientiae et morum suauitatem linguaeque facundiam, quas ob uirtutes asserit eundem Otho[n]is 'os' et 'manum' fuisse 144v uulgo uocitatum, quod nempe secundus a Caesare ob regni aulaeque administrationem illi commissam haberetur. sed praestat ipsum hac super re poetam audire canentem:

'nam cum doctiloquum sapientia conderet ipsum,
dicitur 'os regis', populorum lingua salubris,
inter catholicas primas rutilando columnas;
regum rectores, comitum docet atque cohortes.
rege iubente suis parent simul omnia dictis;
contra uelle suum se uertit nemo retrorsum;
esse 'manum regis' nam plebs hunc praedicat omnis' etc.

Sic cum dexterime foris omnia gubernaret, Augiae tamen honorem maxime uisus est extollere, cum non tantum plurima aedificia et diuo-

3 Aug. LXXXIV f. 138 (vgl. CCXLIV 80v—82) ed. Waitz MG SS IV 449—452, Mone Quellens. I 62—67. Abschrift Egons: Gen. Land. Arch. 1102 f. 45—54

26—32 Purcharti carm. de gestis Witegowonis ed. Pertz MG SS IV 622—632 v. 161—167 (Aug. CCV); vgl. zu S. 239 cap. 24

rum sacella de nouo extruxit, uerum ipsam quoque B. Mariae maiorem basilicam affabre renouari curauit et multis hinc inde sanctorum exuuijs impetratis ornauit. inter eas sanctas reliquias primariae fuerunt vas crystallinum saeco Christi sanguine plenum, quod Roma secum detulit supradicto poeta ita Augiae nomine testante:

'quod dedit ipse mihi, licet essem pectore tristi,
tale fuit donum, quo non pretiosius ullum' etc.

'vas crystallinum Christi de sanguine plenum' etc.

at quae praeterea memoratu digna Witegono gessit quaeque singulis annis aedificia erexit, Burcardus poeta (cuius mentionem sequens caput 10 exhibebit nosque, Deo fortunante, alibi commemorabimus.) ordinate describit. demum post 12 annos feliciter in abbatia transactos in domino obdormiuit anno Christi 997. 16. Iunij.

Caput XXIV.

145 r

De Burcardo monacho.

15

Sub florenti et numeroso Witegoui magisterio inter alios effloruit Burcardus monachus ingenij et facundiae gloria praestantissimus, poeta grauis et excellens. inter caetera, quae scripsit, iubente Augiensi congregacione abbatis sui Witegoui res praeclare gestas heroico metro cecinit. extat eius carmen cum praefixa monasterij pictura in antiquo 20 codice M.S. cuius initium tale est:

'incipit hic textus per dicta poetica scriptus' etc.
floruit sub praedicto abbe Witegono circa annum Christi 996.

Caput XXV.

De Ruperto monacho.

25

Non longa temporis intercapedo a Burcardo interfluxit, cum Augiensium rerum aliis scriptor eidem non impar effulsit, Rupertus nempe monachus e nobilissimo comitum stemmate ortus. uir fuit disertissimus et (ut Hermannus noster Contractus in chronico suo testatur) 'docte facetus'; graue, quod Augia pertulit sub Ymmone, extero abbe, homine immitti et turbido, tam 'in libris et ecclesiae thesauris', quam etiam 'in magnis uiris detrimentum prossa, rythmo et carmine miserabiliter deplanxit' Hermanno attestante, qui et eundem matris suae Hiltrudis

6. 7 Purch. v. 271. 272 8 Purch. v. 274 20 Aug. CCV f. 72. MG SS IV 622 —632. Stahels Abschrift, Gen. Land. Arch. 1102, 68—78 29 Roudpertus monachus nobilis et docte facetus, matris meae patruus ... Chron. zum Jahr 1006 Zu 30 ff. vgl. oben S. 7

patrum fuisse affirmat. eius nobile, quod dixi, de ruina monasterij opus doleo me non reperisse. unde suspicor ab aliquo fuisse suppressum uel igni traditum aut alio modo mihi incomperto interissee. floruit uero uir doctus circa annum Christi 1007.

Caput XXVI.

145 v

De Warmanno episcopo.

6

Warmannus, quem anno 1026 apud chronologos in Constantiensem legimus antistitem electum, non infirmo multorum scriptorum testimonio monachus etiam in Augia prius fuisse memoratur. is paternum genus ex antiqua Dilingensium ac Kyburgensium comitum progenie¹⁰ traxit et Augiensium patrum consuetudine proprijsque ingenij uiuacitate ita profecit, ut ob singularem nominis et eruditionis splendorem non tantum Constantiensi episcopio fuerit praefectus, uerum etiam Hermanno, laudatissimo illi Sueorum duci, fuerit magister, doctor et iuuentutis moderator datus. scripsit inter alia uitam S. Pyrminij¹⁵ episcopi, Augiensis coenobij fundatoris; et cum sapientissime maximaque Constantiensis ecclesiae cum gloria annis octo praefuisset, feliciter in domino obdormiuit anno Christi 1034. . . .

Caput XXVII.

146 r

De Bernone abate.

20

Bernonem, quem alij Bernardum malunt uocare, ex monacho Pruniensi a S. Henrico imperatore Augensi coenobio praefectum praestantissimis Augiae doctoribus iure comparandum aut etiam plerisque praferendum existimo. inter poetas enim sui aeui fuit excellens, rhetor facundus, philosophus praestans musicesque adeo peritus, ut doctissimis²⁵ illam commentarijs illustrarit; litteris uero sacris ita nobiliter instrutus, ut omnes in non exiguum sui admirationem rapuerit. composuit plurimos tractatus, de quibus auctores, qui de scriptoribus ecclesiasticis libros edidere, ut Trithemius, Bellarminus, Arnoldus Wion et Antonius Posseuinus, meminerunt, suntque sequentes:

30

1 'De statu monasterij nostri, in quo fuit suo tempore, lib. 1 ... librum hunc nondum vidi' *Syllabus Nr. 5* 30 'Ego, ut ingenuo fatear, ferme nihil de... huius scriptis in bibliotheca nostra reperio, quod mihi molestiam et tristitiam facit quam maximam .. at nihil magis optarem habere quam eius historiam Alemannorum, qua se plurimum adiutum etiam esse testatur Trithemius in exordio sui chronici Hirsaugiensis. Queso, reverende P. Gabriel, certiore me fac, num videris aliquando opera huius Bernonis'... *Syll.*

de officio missae lib. I qui multoties excusus nuper tamen etiam
tomo XI biblioth. patrum est insertus.

de uita S. Udalrici lib. I qui editus est tom. 4 Surij.

de aduentu domini ad Aribonem arch. Mogunt. lib. 1.

de jejunio 4 temporum lib. 1.

de jejunio sabbati lib. 1.

sermonum tam ad fratres quam alios lib. 1.

epistolarum ad diuersos lib. 1.

de musica ad Pilegrinum Coloniensem arch. lib. 1. cuius originale
se habuisse scribit Trithemius.

de instrumentis musicae lib. 1.

10

146 v

de mensura monochordi lib. 1.

de historia Alemannorum lib. 1. prout refert Trithemius in
prologo Chronici sui Hirsaugiensis asseritque se ex eo alijsque histo-
ricis multa in chronicum suum inseruisse; quam tamen Alemannorum 15
historiam mihi uidere nunquam contigit. scripsisse praeterea fertur plura
alia, inter quae non nemo arbitratur esse quoque uitam S. Meginradi mar-
tyris, cuius supra auctorem feci anonymum; sed de hac ego nunc iudi-
cium meum suspendo. Berno etiam, quod hue quoque spectare uisum est,
S. Henrico imperatori carissimus fuit ex eius in expeditione Italica iti- 20
nereque Romano indiuiduus comes, unde contigit, ut res Augiensis mo-
nasterij optime administrarit insignibusque priuilegijs a sede apostolica
impetratis adauxerit.

Sancto Marco item Augiensi patrono nouam basilicam extruxit eam-
que consecrari fecit anno Christi 1048 pridie solemnitatis S. Marci ... 25

Obijt tandem bonus Berno annis et meritis aequa maturus non sine
certa magnae sanctitatis opinione anno Christi 1048. 2. Idus Junij et
in sancti Marci a se constructa basilica tumulatus est.

Caput XXVIII.

147 r

De Hermanno Contracto.

30

Hermannus Contractus (sic a membrorum debilitate uocatus) Augien-
sis coenobij singulare decus et totius Benedictini ordinis lucidissimum
iubar, anno Christi CIOXIII. XV. Calend. Augusti patre natus est
Wolferado, comite Veringensi, matre uero Hiltrude. hic puer in Augiam
ductus cum bona quidem indolis esset, ingenium tamen rudius literis- 35
que addiscendis minus idoneum expertus est. quare B. Virginis opem,

³ Augg. XXI f. 159. LXXXIV f. 149

Die Reichenauer Handschriften. III. 2.

cuius singulari patrocinio iam se pridem deuouerat, in clamare coepit, quae felicius ingenium illi quantocius impetrauit. hinc breui tempore linguam latinam, graecam arabicamque ita perfecte addidicit, ut quamlibet earum ueluti uernaculam pronunciaret. poeta sui temporis fuit praeclarus, historicus excellens, musicus insignis, philosophus theologusque praestans, mathematicus doctissimus aequa ac ingeniosissimus, ita ut laudem illi hanc nemo praeripuisse uideatur. tanta enim ingenij dexteritate de astrolabio scripsit, ut a multis ipsius astrolabij inuentor haberetur.

Composuit primo magna cum diligentia chronicon succinctum et 10
ualde apertum, quod ab exordio mundi ad aeum usque suum, ad annum nempe Christi 1054 perduxit, quod saepius impressum auctius ab Henrico Canisio tom. 1. antiq. lect. editum est insertumque tomo XI.
Bibliothecae patrum.

de musica lib. 1	147 v
de monochordo lib. 1.	16
de eclipsibus lib. 1.	
de quadratura circuli lib. 1.	
de computo lib. 1.	
de physionomia lib. 1.	20
de conflictu rythmomachiae lib. 1.	
de astronomia commentarios et de compositione astrolabij lib. 3.	
de utilitate astrolabij librum unum.	
de uitis plurium sanctorum librum unum.	
historias siue officia annunciationis B. Virginis et S. Mariae Magda-	25
historiam etiam de sanctis angelis.	[lenae.]
sequentias de ascensione domini 'rex omnipotens' etc.	
de assumptione B. Virg. 'aue, praeclara maris stella' etc.	
de spiritu sancto 'ueni, sancte spiritus, et emitte coelitus' etc.	
responsorium 'Simon Bariona' etc.	30

Sequentias praeterea, responsoria cantilenasque plurimas dictauit,
quas inter celeberrimae et toti ecclesiae utiles iuxta ac gratae sunt antiphonae: 'salve, regina' etc. et 'alma redemptoris' etc.

Praeter ista etiam omnia rhetorica et poesin Aristotelis ex lingua
arabica in latinam uertit multaque alia innumera luculenter scripsit et 35

10 'scripsit ultra viginti Tractatus praeclaros, quorum Catalogus apud nos extat'. E. Manz, *Vivit post funera virtus* (Gen. Land. Arch. 1098 f. 243r), denkt wohl an Egons Verzeichnis. Das Chronicon: Aug. CLXXV, im Auszug CCII f. 115

24 Vgl. Aug. LX f. 170, historia s. Afrae 31 f. Vgl. Aug. CLI f. 168

demum, posteaquam uirtutibus quidem omnibus egregie inualuit, corpore tamen uix debilia membra sustentans animam creatori suo, cui unice in hac uita placere studuit, reddidit post partum Virginis anno 1054 et in praedio parentum suorum Adelshusen tumulatus est. . .

Caput XXIX.

158 v

De Henrico abate.

6

Expeditis auxiliante Deo intricioribus istis de Hermanni monachatu controuersijs iam, quod reliquum de Augiensium doctorum gloria manet, laconico nobis, non in consueto more transcurramus. sed antequam progrediamur, diffiteri non possum senescenti iam Augiensi gymnasio oculorum aciem sensim fuisse etiam hebetatam, quod ijs saeculis uniuerso ferme orbi narrant historici euenisse; et in primis Baronius de misero ecclesiae statu, in quo post annum Christi millesimum posita fuit, grauiter saepenumero conqueritur. deploratissima enim secuta sunt saecula, quibus homines quidem sanguine illustres, uti comites, marchiones ac duces Augiam, ut monachi fierent, confestim intrarunt; at politiorum literarum studijs aliarumque uirtutum disciplinis parum imbu curarunt et excoli. quo factum, ut Augia uiris doctis a temporibus Hermanni nec multum excelluerit nec tamen etiam omnino caruerit. non enim uerosimile est Bernone et Hermanno ex hac uita migrantibus eorum etiam scientias fuisse sepultas studiaque literarum | inter- 159r mortua, sed facile mihi persuadeo saltem aliquos longe lateque fluentis eruditionis riuulos discipulis in Augia relictis instillatos fuisse. ueruntamen neminem expressum nominatim reperio, qui literis aliquid mandarit adusque Christi annum 1206, quo Henricus, comes de Kalb, 25 Augiae clauum gubernandum accepit, qui nobilitati sanguinis raro inter homines illustriores exemplo egregiam pietatem et doctrinam coniunxit. inter alia uitam S. Pyrminij, primi Augiae abbatis ac fundatoris, diserto calamo ac stylo non inconcinno composuit, quam hodieque membranis exaratam cernere licet. fuit uir apprime eruditus et qui, si per temporum iniurias licuisset, facile Augiense lycaeum ad auitum splendorem reduxisset. Augiam praeclare rexit uiginti septem annis et ab Innocentio III. Romano pontifice praestantissima consecutus est priuilegia; glo-

4 Hier folgen lange Erörterungen, die den Nachweis erbringen, Hermann sei tatsächlich Augensis gewesen. 28 Aug. XXI f. 247? 30 Dagegen Egon im Syllabus Nr. 8: 'Nescio vero, an extet. Habemus quidem Vitam s. Pirminij, at nescio, num huius potius quam superioris scriptoris sit.'

riose denique uitam hanc mortalem finiuit circa annum Christi 1234 et monachos quosdam doctissimos in Augia post se reliquit, quos inter Conradus de Zymbern, quem mox subiectam, facile primatum tenuit.

Caput XXX.

159 v

De Conrado abate.

5

Henricum et doctrina et dignitate adaequauit qui eum secutus est, Conradus, comes de Zymbern; qui principio quidem scholasticum diutius egit; dein mox Henrico mortem obeunte ob singularem doctrinae excellentiam concordi Augiensis coenobij suffragio abbas esse iussus est anno Christi 1235. qui cum mansuetioribus musarum studijs potis- 10 simum delectaretur, poëmata non contemnenda composuit, inter quae illud apud nos notissimum et uarijs uoluminibus inscriptum est, quo calamitosa tempora, quibus tunc Augia fuit subiecta, uehementer et (· ut appetet ·) serio deplorat, cuius tale est exordium: 'Augia regalis, di- ues quandoque fuisti, Nunc talis, qualis quia plurima damna tulisti' etc. 15 demum cum Augiensem abbatiam uiginti plus minus annis dextre feliciterque administrasset, maximo Augiae luctu fatis concessit anno a partu Virgineo 1255. 22. Iulij.

Caput XXXI.

160 r

De alijs Augiae anonymis doctoribus.

20

Sisto hic gradum et secundam libri huius partem, quae de Augiae doctoribus disserit, concludo. monendum tamen existimo fuisse praeterea multos alios in Augia uiros eruditissimos, quorum neque nomina neque uolumina ad tempora nostra fuerint reseruata. nam a Christi anno 800 ad 1050 usque per dimidiam nempe et duas integras annorum 25 centurias schola Augiensis latissimo et nunquam obfuscato doctrinae splendore feliciter radiauit. ... cum enim certum sit et antiquis monumentis doceri possit tot ex Augia monachos ad tam uarios episcopatus aliasque dignitates fuisse euocatos, prudens rerum arbiter nullam eius rei aliam comperiet esse causam, quam gymnasij Augiensis longe late- 30 que emicantis singularem florem et fulgorem. unde etiam constabit nihil a ueritate me alienum scripsisse; nihil | item rhetoriciis figuris 160 v quasi colorare et amplificare uoluuisse.

Sed p[ro]ae caeteris studijs Augienses monachi ab antiquissimis tem-

14 Aug. LXXXIV f. 148 v von Pfuser geschrieben: 'inveni in breviario nostri monasterii autentico et fidem faciente.' Auch Gen. Land. Arch. 1096 (ohne pagina)

poribus poesi uacabant, quod uidere est in uetustissimo quodam codice,
qui ante octingentos annos sub Waldone et Heitone abbatibus exaratus
est. in eo enim multa carmina Augiensium poetarum uisuntur, quorum
si etiam nomina adscripta essent, non modicum antiquitatis studioso
delectamentum adferre possent. adhaec in alio antiquo etiam libro iu-
cundum poëma reperitur contra negantes corpus S. Marci in Augia ha-
beri, quod sic incipit: 'exit ut in mundum fons horti delitiarum' etc.
cui hymnus de eodem S. Marco subiunctus est. praetera ut alios poetas
anonymos omittam, non praetereundus occurrit is, qui uitam S. Pyr-
minij metrice cecinit, quae adhuc charactere ferme obsoleto in tabulis 10
ualde uetustis scripta uidetur.

Denique hic etiam rursus subindicandum operaे pretium Augiam
antiquis saeculis non modo præstantes poëtas aluisse, sed et egregios
pictores, ut [nimi]rum Augensi scholae nihil ad summam felicitatem
deesset, quod etiam supra capite 14. me dixisse memini, ubi uidisti a 15
Sangallensibus ex Augia pictores expetitos, ut aula et palatium Gri-
maldo abbati erectum per eos adornaretur.

1 Oxford. bibl. Bodl. cod. Iunian. 25, Murbacher Hymnen? Vgl. alt. Kat. I
151 6 De s. Marco in Aug. CCXLIV f. 80 9 Verlorene Hs., von Egon ab-
geschrieben, Gen. Land. Arch. 1096, 183 Vita Pyrminij... ex vetustis Augiae ta-
bulis; vgl. Mones Quellens. I 37